

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Anima a
cum fontibus primis

O anima Christiana! Euigila
et si qua in te sit uirtus caritatis que omnia sustinet,
Domini tui imitare uestigia.

Euigila itaque, omnis anima christiana,
et si in te eminet uirtus caritatis quae omnia sustinet,
Domini tui imitare uestigia:
Christus enim, ait apostolus Petrus,
pro uobis passus est, relinquens uobis exemplum,
ut sequamini uestigia eius.

Quoduultdeus, *De quattuor uirtutibus caritatis*, 14.1
(CCSL 60, R. Braun, p.377, ll.1-4).

Considera
quot milia martyrum

tritam tibi fecerunt uiam;
transierunt uirgines, transierunt martyres,
transierunt pueri et puelle;

←

→

Tot milia martyrum transierunt;
et adhuc tibi aspera est?
Transierunt senes, transierunt iuuenes,
transierunt pueri, puellae transierunt,
uiam quam timebas tritam tibi fecerunt.

Ambula ergo uiam, securus ambula.
Quid enim metuis in hac uia? Mortem?
Et mortem times, qui ad uitam curris?
Si bonus bene in hac uia curris, mors tibi ianua erit,
quae te repraesentet, non quae auferat uitae.
Ambula ergo uiam: immo ipse qui propter te factus
est uia, ipse te ducat per se ipsum ad se ipsum.
Ipse est enim uia, ueritas et uita.

Quoduultdeus, *De quattuor uirtutibus caritatis*, 14.6-8
(CCSL 60, R. Braun, p.377, ll.17-26).

et adhuc times?

Quia
ducet te
ille qui est uia, ueritas et uita:

Veritas es, et non fallens, via non errans,
vita non deficiens.

Anselmus Cantuariensis, *Meditatio super miserere*,
20 (PL 158, col.834C).

uia non errans, ueritas non fallens,
uita non deficiens;

uia in exemplo, ueritas in promisso et uita in premio.

Nos autem, populus tuus et oves pascuae tuae,
sequamur te, per te, ad te,
quia tu es uia, ueritas, et uita:
uia in exemplo, ueritas in promisso, in praemio uita.

Augustinus de doctrina Christiana.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones in ascensione Domini*, 2.6 (SBO 5, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., pp.130-1, ll.25, 1-2).